

verbo, qui aeternam veritatem asseritis masculis,
 exponitis dilucide, proponitis erudite. Vos, vos estis, in
 quibus vera virtus sibi sedem dudum delegit. Vos estis,
 quos ut viva exempla pietas ostendit. Vos falsum a
 vero discernere nostis: vos et sedulo cavere didi-
 cistis, ne inconspicuo animi impetus zeli nomen indu-
 at; ne ficti supercilii nubes sanctitatis invadat fama,
 aut fastus pro Sapiencia, opinio pro Doctrina, blandi-
 tia pro Comitatu in Ecclesia reonet. Valete, Tunc im-
 primis vale, Domine Feltre, (cuius nomen titulos
 omnes respiciunt, quia eos transcendit.) Tu certe iussu
 & auctoritate Dei a peccatis me confitentem aliquo-
 ties absolvisti & liberum ab iis me pronuntiasti, ad
 novam obedientiam me instigasti Pietatis amore
 mihi instillasti. Te iterum valere ac salvum Sin-
 colinem vivere scio. Ordo jam tangit Augusti
 nostrum Gymnasium. Sed, o si nunc mihi iterum tan-
 ta ingenii vis, tanta dicendi copia esset, quanta nunc
 aoritudine animi laboro, quanto dolore opprimor!
 Sic, sic confiderem, eas cum laude me exerciturum,
 quae ingratularum suberunda sunt partes. O me
 autem infortunatum, o me infelicem, qui tenuem
 meum circumfero Spiritum, ut plane imparem medi-
 cendis gratijs jam sentiam! O quam impar sum
 gratijs, quas dicere cogor Viri, quem unice semper
 admirari solitus sum, quem omni affectu animi
 et supra, quam dici potest, amari, colui, observa-